

Maturitätsprüfungen 2009 – Latein schriftlich

Klasse: 4 GL, Nd

Prüfungsdauer: 4 h

Übersetzung (288 Punkte): Der (Un-)Wert des Reisens

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

Hoc tibi soli putas accidisse et admiraris quasi rem novam, quod peregrinatione tam longa et tot locorum varietatibus non discussisti tristitiam gravitatemque mentis? Animum debes mutare, non caelum. Licet vastum traieceris mare, licet, ut ait Vergilius noster, „terraeque urbesque recedant“, sequentur te, quocumque perveneris, vitia. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait: „Quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? Premit te eadem causa, quae expulit.“ Quid terrarum iuvare novitas potest? Quid cognitio urbium aut locorum? In irritum cedit ista iactatio. Quaeris, quare te fuga ista non adiuvet? Tecum fugis! Onus animi deponendum est: non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita, qualem Vergilius noster vatis inducit iam concitatae et instigatae multumque habentis in se spiritus non sui: „Bacchatur vates, magnum si pectore possit excussisse deum.“

Vadis huc illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius fit, sicut in navi onera immota minus urgent, inaequaliter convoluta citius eam partem, in quam incubuerit, demergunt. Quidquid facis, contra te facis et motu ipso nocet tibi; aegrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet; in ultimas expellaris terras licebit, in quovis barbariae angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis, quis veneris quam quo, interest, et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione vivendum est: 'non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est'. Quod si liqueret tibi, non admirareris nil adiuvari te regionum varietatibus, in quas subinde priorum taedio migras; prima enim quaeque placuisset, si omnem tuam crederes. Nunc non peregrinaris, sed erras et ageris ac locum ex loco mutas, cum illud, quod quaeris - bene vivere -, omni loco positum sit.

Num quid tam turbidum fieri potest quam forum? Ibi quoque licet quiete vivere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque et viciniam fori procul fugiam; nam ut loca gravia etiam firmissimam valetudinem temptant, ita bonae quoque menti necdum adhuc perfectae et convalescenti sunt aliqua parum salubria.

Erläuterungen und Vokabeln:

peregrinatio,-onis f.	das Reisen ins Ausland
discutio,-cussi,-cussus 3	vertreiben
vastus 3	weit, riesig
in irritum cedo 3	erfolglos bleiben, fehlschlagen
habitus,-us m.	der Geisteszustand
vates,-is f.	die Seherin / „vatis“ ist abhängig von „habitu“, das hier gedanklich wiederholt werden muss; gemeint ist die Sibylle: sie ist von Gott ergriffen, ekstatisch (= „instigatus“), kaum mehr sie selbst (vgl. „spiritus non suus“) und ringt um die sie befreiende Prophezeiung.
spiritus,-us m.	der Geist
bacchor 1, si	rasend versuchen, ob
excutio,-cussi,-cussus 3	hinaustreiben („excussisse“ = „excutere“)
vado, - , - 3	gehen
cito Adv.	schnell
incumbo,-cubui,-cubitus 3	rutschen
demergo,-mersi,-mersus 3	eintauchen, niederdrücken
aeger,-gra,-grum	krank
concutio,-cussi,-cussus 3	schütteln
barbaria,-ae f.	das Ausland, die Fremde
angulus,-i m.	der Winkel, die Ecke
qualiscumque	jeder ohne Unterschied
animus addico 3	Zuneigung zeigen
mundus,-i m.	die Welt
liquet 2	es ist klar
subinde Adv.	immer wieder, nacheinander
taedium,-i n.	der Überdruß
migro 1	wandern
omnem tuam credo 3	(hier) ansehen als („tuam“ als Prädikatsnomen; „omnem“ wird dt. zum Adverb)
peregrinator 1	umherreisen
turbidus 3	unruhig, stürmisch
dispono,-posui,-positus 3	an verschiedenen Orten hinstellen
vicinia,-ae f.	die Nähe

convalesco,-valui, -	3	erstarken, gesund heranwachsen
aliqua	Adv.	irgendwie
saluber,-bris,-bre		zutraglich, vorteilhaft

Fragen (30 Punkte)

Zum Text:

Zum 1. Abschnitt: Fassen Sie den Abschnitt kurz zusammen (6 Punkte)

Zum 2. Abschnitt: Welchen Vergleich zieht Seneca am Anfang? (3 Punkte)

Zum 3. Abschnitt: Welche Geisteshaltung propagiert hier Seneca (Nennen Sie auch das lat. Stichwort) und welcher Aufenthaltsort ist dieser nicht förderlich? (3)

Allgemeines:

Was wissen Sie über das Leben Senecas (stichwortartig)? (8 Punkte)

Nennen Sie 5 Grundsätze der Philosophie Senecas (ausser dem im letzten Abschnitt genannten)! (10 Punkte)